

RECTOR  
ACADEMIAE VITEBERGENSIS  
ERNESTVS  
FRIDERICVS  
WERNSDORFIVS

S. S. THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSOR  
PVBLICVS ORDINARIVS ALVMNORVM  
REGIO. ELECTORALIVM EPHORVS

INSTITVTVM

GOTTLIEB AVG. ERNESTI NITZSCHII

WITTEBERGENSIS S. S. TH. CVLTORIS

EX SIGISMVNDIANAE LIBERALITATIS LEGE

ORATIONEM

DE

COMMODIS QVAE EX PACE IN LITTERARVM STVDIA  
PROFICISCANTVR

MAIORI IN AVDITORIO

A. D. VIII. CAL. MAL. A. R. S. CIOIOCCCLXI.

HABITVRI

CIVIBVS

ET STVDIORVM FAVORIBVS

COMMENDAT

---

*Praemittitur antiquitatum Germaniae specimen V.  
de originibus Alamannicis IV.*

VITEBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLLOB EICHSPELDI  
ACADEMIAE A TYPIS.

RECTOR  
ACADEMIAE ALBERTINAE  
FRIDERICI  
WERNSDORFII

2. 2. THEOLOGICAE DOCTOR ET PROFESSOR  
FELIX ORNSTADT  
BACCHUS

GOETHE AVE. FRIDERICI  
MAGNIFICENTIAE LIBERALITATIS LEGE

COMMISSARIUS  
MAIORI IN ADIUTORIO

ET PRAEDICATORI  
CORRECTOR

FRIDERICI  
CORRECTOR

FRIDERICI  
CORRECTOR

FRIDERICI  
CORRECTOR



**S**atis ergo pro comperto tot indiciis haberi potest, in tam infesto limite, cuius iam Traianus exstructo castello curam susceperat, et ex quo insecutis temporibus magna vis hostium semper in Romanas terras eruperat, Hadrianum non munimentis solum augendis et vrbibus amplificandis operam dedisse, vnde etiam AELIAE cognomen Augustae Vindelicorum additum VELSERVS ostendit; sed exercitus quoque validiores ex legionibus in praesidiis collocasse. Quod vt ex Raetici exercitus mentione iam confirmauimus; ita maiorem etiam fidem recipit, ex legatis imperatorum, quos haud diu post illic offendimus, et de quibus infra agemus. Legionis certe III. Italicæ plura monumenta vetusta idem VELSERVS produxit, quam tamen a M. demum Aurelio institutam in Raetia statua habuisse e DIONE docuit. Sed poterant aliae legiones inde deductae esse, quarum in locum sit substituta. Variarum certe legionum in vicinia monumenta existant passim; sed haec nunc transeunda erunt, aliud agentibus. Illud tamen animaduersione dignum erit, quod SCHOEPLINVS Alf. ill. per. Rom. l. I. Sect. II. c. I. §. XXVIII. de mutatis per statua Germaniae superioris legionibus tam praeclare docuit, vt etiam l. II. Sect. VI. c. II. §. CCLXIII. nobis legionem XVI. circa Caracallae tempora in mediis agris decumatis Aquis, seu Badae Marchicae, ostenderit e longe pulcherrimo cippo. Ita si quaerendum sit,

fit, quid potissimum Hadrianus in formula prouin-  
ciae mutauerit, putant plerique, VELSERO au-  
ctore, diuisam eam iam tunc in superiorem et infe-  
riorem. Sed, vbi argumentum requiras, adpella-  
tionem Raetiarum ex CAPITOLINO et VOPISCO  
proferunt. At enim hi, quum sub Diocletiano  
scripserint, quis sponsor fuerit, eos antiquiora po-  
tius, quam sua tempora respexisse, quibus Diocle-  
tianus prouincias in frustra concidere coepit, vt e  
LACTANTIO ostendimus? Et iste multitudinis  
numerus potuit, ratione Vindeliciae habita, vsurpa-  
ri eodem exemplo, quo multi sub Galliarum ad-  
pellatione Germanias et Belgicas comprehende-  
runt. Nobis aliud videtur. Nondum antiqua  
monumenta deprehendimus ante Diocletianum,  
e quibus facta ista diuisio possit euinci: nimirum  
duo vt praesides in Raetiis fuerint. Quamuis au-  
tem plurima in praesens ad manum non habea-  
mus, quae consulenda forent, iste ipse tamen lapis,  
quem inter monum. Aug. n. VII. VELSERVS, et,  
paullo integriore scriptura, l. IV. c. II. de reb. Hel-  
uet. GVILLIMANVS proferunt, ob mentionem Au-  
gustorum Hadriani temporibus inferior, Raetiae  
adhuc singulare vocabulum seruat, et quod Vindel-  
liciam, itemque Alpes Poeninas eidem procuratio-  
ni adicit, multum lucis adfert, ne sub Hadriano  
iam diuisionem prouinciae inquirentes in salebras  
nos induamus. Idem quoque causam praeclare  
monstrat, cur multitudinis numerus in nomine pla-  
cuerit,

cuerit, pluribus vnus administrationis partibus com-  
muniter dato, vt ipsa Raetia vetus, Vindelicia, et  
Alpes Poeninae, licet singulae suos terminos ha-  
berent, sub prioris tamen vocabulo comprehende-  
rentur. Accedit, quod ad Diocletianum vsque  
vnitatis numero adhuc adpellari Raetiam videmus  
a CL. MAMERTINO paneg. genethl. c. V., imo et  
sub Constantio iam Caesare ab EVMENIO paneg.  
eid. dicto c. III. Nec oberit, si quis dicat, imita-  
tione antiquitatis ab oratoribus hoc fieri. Nam  
eodem stilo publica etiam monumenta intra eam  
aetatem concepta sunt; vnde aliud certe colligere  
est, de quo vberius, quum ad tempora Diocletia-  
ni peruenerimus, agemus. Nunc, vt aperiamus  
tandem, quid ab Hadriano in Raetia mutatum li-  
quido ex tot indiciis constare arbitremur, hoc di-  
cimus, exercitum ad eius custodiam in statuis col-  
locatum, procuratoribus praesidum vice fungen-  
tibus, seu gladii potestate praeditis, substitutos ma-  
ioris dignitatis praesides, qui exercitibus praepo-  
nuerint, insignibus certe praetoriis ornatos, seu  
vno verbo, legatos, et acto limite, castellisque  
post Traianum multiplicatis, quin et vallo, iactis  
stipitibus, connexis, inclusos in isto imperii sinu  
agros decumates, quos TACITVS memorauit, vt  
prospiceret Augustae Vindelicorum, splendidissi-  
mae coloniae, aliorumque municipiorum, vt et  
exercituum in proximo, horreis, fabricis, et com-

merciis, quod eius institutum ante omnia alia celebrat DIO CASSIVS. Nos, vbi de vsu limitis agendi occasio fuerit, planiora haec omnia vt fiant, elaborabimus, et quaedam necdum comperta aliis proferemus, vnde rectius adhuc ratio nostrae adfirmationi constet. Simulque illud ostendemus, quum iam viribus aucti Alamanni in Romanos fines crebro irruerent, ne exercitus quidem praesidibus commissos tutelae limitis suffecisse, sed duces eius esse creatos, qui validioribus pluribus prouinciis cum exercitu praesidebant, et in hos curam rei militaris fuisse translata. Vetus enim institutum, vt Pompeio olim imperium maris supra praesides in bello piratico decretum erat. Et de Germanico clare rem TACITVS l. II. An. c. XLIII. exponit: *Tunc decreto patrum permissae Germanico prouinciae, quae mari diuiduntur, maiusque imperium, quoquo adisset, quam his qui sorte aut missu principis obtinerent.* Hoc imperium proconsulare extra ordinem, quod a perpetuo imperatorum discernendum est, vt LIPSIUS docuit, iam eidem in Germania Tiberius impetrauerat, teste eodem TACITO l. I. An. c. XIV., eoque dato, aliis potestas in militem ea tenus abrogata, vt parere huius generis duci cogerentur, quod non e DIONIS solum CASSII de institutis Augusti circa prouinciarum administrationes satis nota narratione patet; sed ex TACITO quoque l. II. An. c. LVII intelligitur, qui haud aliam potiore causam diffidii

fidii inter Germanicum et Pisonem refert, quam  
quod hic *iussus partem legionum ipse, aut per fili-*  
*um, in Armeniam ducere, utrumque neglexerat.*  
Nec aliud imperium Corbuloni mandatum, de  
quo TACITVS l. XV. An. c. XXV. signate: *Sy-*  
*riaeque EXSECVTIO Cincio; COPIAE MILITA-*  
*RES CORBVLONI PERMISSAE, et quinta deci-*  
*ma legio, ducente Mario Celso, e Parmonia adiecta*  
*est. Scribitur TETRARCHIS, AC REGIBVS,*  
*PRAEFECTISQVE, ET PROCVRATORIBVS, et*  
*qui PRAETORVM FINITIMAS PROVINCIAS*  
*REGEbant, IVSSIS CORBVLONIS OBSEQVI; in*  
*tantum ferme modum aucta potestate, quam popu-*  
*lus Romanus Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo*  
*dederat. Egregium testimonium, quo et praedi-*  
*cta confirmentur, et ea, quae posthac expone-*  
*mus, longe dilucidiora fiant. Nunc quidem per*  
*plura exempla hoc non exsequemur, quia alius*  
*huic rei locus erit. Vnum tamen hic non omit-*  
*temus. Tota licet militiae ratione a Constantino*  
*immutata, vt etiam comites pro legatis exercitus*  
*regerent, saepius tamen imperia militaria inter*  
*hos et praefides ob repentinos casus variata fuisse:*  
*vt in AMMIANO l. XXVIII. c. VI. p. 590. ed. Gron.*  
*legimus: Haec autem eruptio ideo arceri non potu-*  
*it, quod ad legatorum preces NEGOTIORVM QVO-*  
*QVE MILITARIVM CVRA PRAESIDI DELATA*  
*RVRICIO, mox TRANSLATA EST AD ROMA-*  
*NVM;*

AK 117 1481


NVM; quem paullo ante comitem per Africam recens prouectum scripserat.

Qui apud nos LIBERALITATE SIGISMVNDI NA alumnus gratissimus perfruitur, GOTTLIEB AVGVSTVS ERNESTVS NITZSCHIVS, V. Prae-nob. et SS. Th. cultor pius et industrius, conditionem legati tam munifici ut impleat, a. d. VIII. Mai. orationem maiore in Auditorio, de commodis, quae ex pace in litterarum studia proficiscantur, habebit. Vos vero, CIVES, quibus ingenium moresque eius et virtutes probari, satis confidimus, dabitur hoc ipsius honori, dabitur instituti celebritati et academiae caritati; ut ad audiendum beneuoli et frequentes adsitis, et quae omnes boni votis expetunt, meditatione tantisper saltem prosequamini, donec deus immortalis maturos eorum fructus largiatur.

P. P. Viteb. a. d. X. Cal. Mai. A. S. R.  
cl515CCLXI.







RECTOR  
ACADEMIAE VITEBERGENSIS  
ERNESTVS  
FRIDERICVS  
WERNSDORFIVS

S. S. THEOLOGIAE DOCTOR ET PROFESSOR  
PVBLICVS ORDINARIVS ALVMNORVM  
REGIO. ELECTORALIVM EPHORVS

INSTITVTVM  
GOTTLIEB AVG. ERNESTI NITZSCHII

WITTEBERGENSIS S. S. TH. CVLTORIS  
EX SIGISMVNDIANAE LIBERALITATIS LEGE  
ORATIONEM

DE  
COMMODIS QVAE EX PACE IN LITTERARVM STVDIA  
PROFICISCANTVR

MAIORI IN AVDITORIO

A. D. VIII. CAL. MAI. A. R. S. MDCCCXXI.

HABITVRI

CIVIBVS  
ET STVDIORVM FAVORIBVS

COMMENDAT

---

*Praemittitur antiquitatum Germaniae specimen V.  
de originibus Alamannicis IV.*

VITEBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLIEB EICHSPELDI  
ACADEMIAE A TYPIS.